



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Conciliis Generalibvs Approbatis Ac Reprobatis Breve  
Compendivm.**

**Longo, Francesco**

**Romae, 1624**

§ 7. Deferentes arma, & aliae vsui belli idonea ad Turcas, vel alios Christiani nominis inimicos: & ad Resp. Christianae statum pertinentia ijsdem in damnum Christianorum nunciantes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10467**

te excommunicati sunt ipso  
iure, qui litteras Apostolicas  
accipiunt ab alio, quod a ma-  
nibus Papæ, vel Officialium:  
nisi sint magnates, qui per in-  
ternuciū possunt accipere. Tol.

§. 7.

Deferentes arma, & alia usui  
belli idonea ad Turcas, vel  
alios Christiani nominis  
inimicos: & ad Reip. Chri-  
stianæ statum pertinentia  
jisdem in damnum Chri-  
stianorum nunciantes.

Item excommunicamus, &  
anathematizamus omnes il-  
los, qui ad Saracenos, Turcas,  
& alios Christiani nominis  
hostes, & inimicos, vel Hære-  
ticos per nostras, siue huius  
Sanctæ Sedis sententias ex-  
pressè & nominatim declara-  
tos, deferunt, seu transmittunt  
e quos, arma, ferrum, filii fer-  
ri, stamnū, chalybem, omniaq.  
alia

IN COENA DOM. 395

alia metallorum genera, atq.  
bellica instrumenta, lignami-  
na, canapem, funes, tam ex ip-  
so canape, quam alia quacun-  
que materia, & ipsam mate-  
riam, aliaq; huiusmodi, quib.  
**Christianos, & Catholicos**  
impugnant: necnon illos, qui  
per se, vel alios de rebus sta-  
tum Christianæ Reip. concer-  
nentibus, in Christianorum  
perniciem & damnum, ipsos  
Turcas, & Christianæ Religio-  
nis inimicos, necnon hereti-  
cos, in damnum Catholicæ  
Religionis, certiores faciunt,  
illisq; ad id auxilium, vel fa-  
uore quomodolibet præstāt.  
**Non obstantibus quibuscum-  
que priuilegijs, quibus suis**  
personis, Principibus, Rebus  
publicis, per nos & Sedem  
prædictam, hactenus concefa-  
sis, de huiusmodi prohibitio-  
ne expressam mentionem non  
facientibus.

R 6 Cbris-

Christiani subditi Turcarum fabricantes arma in terris ipsorum infidelium, eaque nec non equos illis vendentes eo fine, ut ad licitos usus eis utantur, in hac censura regulariter non comprehenduntur. Duxi, regulariter, quia secus esset, si ea expressè fabricarent, vel venderent, tanquam ea futura ad bellum iustum contra Christianos.

Non incurruunt deferentes causa redimendi captiuos de manibus ipsorum infidelium, per cap. significavit de Iudeis. una enim lex aliam declarat. Hoc autem non procedit, ubi alia ratione posset fieri redemptio captiuarum. Et similiter quod tunc temporis non fit bellum inter nos, & infideles. Et tandem in parua quantitate.

Excommunicantur pariter  
hic, qui de rebus ad statum  
Respu-

Reipublicæ Christianæ perti-  
nentibus, certiores, faciunt  
prædictos hereticos, aut infa-  
deles in perniciem, & dam-  
num Christianorum.

Auxilium Christiani remi-  
gantes in triremibus Turca-  
rum contra Christianos, non  
incurrunt banc censuram, cù  
per vim id faciant, & mortis  
necessitate duclii; incurruunt  
benè peccatum mortale, iuxta  
Nau. & Suar. Sed verius vi-  
deatur eos, nec mortaliter pecca-  
re quia actio illa indifferens  
est. Petr. de Nau Lopez. Azor  
post Adrian. & Cordubam,  
Insuper si contingat, præfa-  
tos remigantes accipere bona  
Christianorum ob iundem  
metum, excusat eos à morta-  
li. Molina de iust. tract. 2. dis-  
put. 95.

S. 80.